

prima erano di precetto, od anche le altre, come della Cattedra di S. Pietro, della Conversione di S. Paolo etc. rispose *Affirmative*: « Generaliter loquendo, profectis Beatæ Mariæ Virginis intelliguntur illa tantum quæ mysterium aliquod ejusd. B. V. expriment; prout quinque Festa de præcepto juxta Kalendarium Romanum, Conceptionis scilicet, Nativitatis, Annunciationis, Purificationis, et Assumptionis, et alia duo, Visitationis nempe, ac Præsentationis; quoad vero Apostolos, illa dumtaxat intelligenda sunt, quæ dies natalis uniuscujusque commemorant. » Ibid. dub. 9.

(18. Proposto il dubbio: Se il tempo utile per la Visita della Chiesa nel giorno della Indulg. si abbia sempre da computare dai primi Vesperti al tramonto del Sole, ovvero si possa anche computare da una mezza notte all'altra; rispose: « *Affirmative* quando agitur tantum de Indulgentia in aliquo die festo acquirenda; *Negative* in aliis Indulg. quæ etsi incipiant post mediam noctem diei in quo concessæ sunt, cessant tamen in Solis occasu juxta praxim S. Congreg. Indulgentiarum die 6. Mart. 1840. *Ad utramque Sodali.* »

(19. Essendo ancora dimandato: Se quando le Indulg. delle Stazioni, ed altre non sono plenarie, sia necessario per lucrarle ricevere anche i Sacramenti, ovvero basti visitare la Chiesa, la S. Congreg. rispose: « *Negative*: Susceptio enim Sacramentorum pro Plenariis tantum Indulgentiis lucrificandis necessario requiritur, nisi tamen pro aliqua Partiali sit ista expressa conditio in peculiaribus Concessionibus apposita. » Ibid. dub. 2.

(20. Interrogata ancora: Se essendo coll'estensione dell' Indulg. delle Stazioni concessa indulg. parziale in ogni giorno delle quattro tempora, e di quaresima e dell'Ottava di Pentecoste; nelle quattro tempora che cadono nella quaresima e fra la detta Ottava si possa lucrare Indulg. per l'uno o l'altro titolo, e perciò doppia. Se essendo, colla estensione delle Indulg. delle Stazioni, concessa Indulg. parziale nel giorno di Pentecoste, dell'Epifania ec. ed in tali giorni con altri Decreti essendo concesse altre Indulgenze parziali o plenarie, si possano lucrare le une insieme e le altre. Così di altri casi simili parimenti rispose — *Affirmative*, adimpletis tamen singulis respectivis operibus injunctis, visitationis nempe, orationis etc. Ibid. dub. 3.

(21. Particularia Statuta Confraternitatum non obligant sub pœna nullitatis Indulgentiarum, dum illa sint potius ad regimen et ad rectam Sodalitatis administrationem; minime vero tamquam injuncta opera ad Indulgentias acquirendas.

(22. Licet particularia Statuta non designent Parochum directorem Sodalitatis in propria Parœcia erectæ, tamen admissiones validæ, et Indulgentiæ acquiruntur; dummodo Parochus sit ab Episcopo deputatus ad recipiendos Sodales. Sub pœna nullitatis tenentur Episcopi Sodalitates erigentes Indulgentiarum communicationem non quavis

formula, sed illa adprobata Clementis VIII. uti. Die 25. Januar. 1842.

(23. Episcopus virtute Apost. Delegationis in propria Ecclesia seu Parœcia Confraternitatem erigens nec esse nec cœnseri debet Rector ejusdem Confraternitatis, excepto solummodo casu, quod in illa Ecclesia seu Parœcia nullus alius esset qui possit destinari; et tunc eo ipso quod Episcopus ibi erigit Sodalitatem, tacite videtur Rectorem designare Ecclesiæ Pastorem, non jure suo utendo, sed Sodalitatis necessitate Rectorem exigentis.

(24. Impedito Pastore, potest ejus Vicarius Rectoris munia obire, dummodo Vicarius sit de gremio Sodalitatis.

(25. Nec potest Episcopus declarare Rectoris munus ab Ecclesiæ Pastore, quæ Sodalitate donatur, in perpetuum fore obeundum, nisi Episcopus speciales habeat facultates: nam genericè loquendo, quotannis fieri debet Rectoris aliorumque Officialium Sodalitatis electio. 7. Jun. 1842.

(26. Parochus, seu Moderator Confraternitatis cujuscumque, sive legitime impeditus, sive non, non potest licite et valide sibi Vicarium, vel alium Presbyterum quemcumque approbatum subrogare ad recipiendum Fideles Confraternitati adscribendos, nec habitus Sororum vel Confratrum et Coronas seu Rosaria benedicere cum applicatione Indulgentiarum, nisi in commissione ei facta ab habente auctoritatem delegandi, expresse cautum sit, ut Vicarius, sive alius Presbyter subrogari posset. Quæ si peragantur, fierent cum detrimento Fidelium Confraternitati adscribendorum, vel adscriptorum, deficiente in Sacerdote adscribente, seu benedicente legitima auctoritate, die 22. Augusti 1842.

(27. Nulla determinata formula necessaria est Episcopis sub pœna nullitatis pro erectione Sodalitatis, cum hæc præscribatur tantum pro erectione Sodalitatum a Regularibus peragenda.

(28. Sodalitatis Administratorum electio non est necessaria sub pœna nullitatis, cum illa tantum spectet ad Sodalitatum bonum regimen.

(29. Potest Episcopus designare Directorem uniuscujusque Confraternitatis suæ Diœcesis sive jam existentis, sive ab ipso ex speciali Apostolica facultate erectæ. die 13. Nov. 1842.

(30. Parochi et Conventuum Capellani, qui ab auctoritate Apostolica ab Ordinario subdelegantur ad effectum erigendi, cum applicatione Indulgentiarum in Ecclesiis et publicis Oratoriis pias Sodalitates SS. Rosarii et Scapularii, eo ipso quod sint pro tempore muneris moderatores designati, non habent facultatem benedicendi cum assuetis Indulgentiis Rosaria et Scapularia, quando nulla facta sit mentio in concessionibus Apostolicis de facultate Rectoribus pro tempore tradenda ad effectum benedicendi Rosaria, Scapularia etc. die 18. Nov. 1842.

(31. Omnes et singuli Articuli adnexorum Parisiensium statutorum Archiconfraternitatis Immaculatæ Concep. B. M. V. erectæ

Parisiis in Ecclesia vulgo dicta *les Petits-Pères* non sunt necessarii et essentialia ad constituendum in suo esse hanc Societatem, pro lucrandis Indulgentiis eidem concessis: eo quod statuta sunt potius ad regimen, et ad rectam Confraternitatis administrationem. Die 12. Maii 1843.

REV. FABRICÆ S. PETRI DECRETA.

(1. Officiales Sodalitiorum SS. Sacramenti, et B. Virginis Rosarii, quorum tenues sunt redditus, remedium suspensionis onerum Missarum, vel reductionem per lapsum viginti annorum, ut facto pecuniarum cumulo, Altarium, Oratoriorum sacrarumque suppellectilium necessitatibus occurreretur, implorant. S. Congreg. precibus annuit, sed juxta modum. Mutinen. Susp. vel Red. Oner. die 20 Januar. 1781.

(2. Jure Legati Puella Gratia et Franciscus Casini reliquerunt Missarum onus Archiconfraternitati SS. Nominis Mariæ Urbis, habita ratione substitutionis casu, quo illud minime acceptum haberet. Utrumque pium legatum sodales admiserunt, sed inde cognoverunt, quod fructus ex relictis locis Montium eleemosynam pro unoquoque sacro a Benedicto XIII. Pont. Max. præscriptam, non attingunt, et hac de causa petierunt reductionem ad taxam eleemosynæ perpetuæ, et S. Congreg. gratiam petitam indulgere non dubitavit. Romana Reduct. Oner. Miss. die 12. Maii 1781.

(3. In Archivio proprio Confraternitatis SS. Sacramenti Terræ Bondeni asservari et custodiri debent omnes Libri, Scripturæ, et monumenta ad eam spectantia ad nutum Ordinarii loci S. Cong. statuit. Ferrarien. Confir., die 14 Septembris 1782, dub. 9.

(4. Magdalena Bessoni viro suo Antonio Fumei hæredi usufructuario mandavit, ut post ejus mortem ex suæ dotis fructibus tot Missæ in loco hæredi beneviso celebrarentur. Archiconfraternitatem hæres elegit SS. Sacramenti, erectam in Ecclesia S. Mariæ supra Minervam, eique assignavit quasdam domunculas, alieno dominio subiectas, retento sibi onere solvendi scut. 10, loco pensionum; et eleemosynam convenit in ob. 30, pro qualibet Missa, et convenit ulterius, ut si domus instauratione, vel nova ædificatione indigeret, celebratio Missarum suspenderetur. Archiconfraternitas possessionem nacta domorum, ad compellendum hæredem pro reparatione earum, litem sustinuit; opinatur itaque reductionem habere ad quinque Missas, vel saltem suspensionem Missarum, donec de impensis reficiatur. Sed S. Congregat. definitionem protulit, et Card. Præfecto juxta instructionem rescripsit. Romana Red. seu Susp. Oner. Miss., 21 Junii 1783. Reproducata causa, affirmativum prodiit responsum, juxta votum Card. Protectoris, servata quoad Missas celebrandas ex redditibus Domus ad Arcum puritatis manuali, solutis mensilibus: die 18 Junii 1785.

(5. Ex duobus piis Sodalitiis, altero nimirum Sanctissimi Sacramenti, et altero S. Mariæ suffragii, quæ inter cætera in Oppido

S. Elpidii ad mare Diœceseos Firmanæ enumeratur, unum composuit Archiepiscopus. Suffragii Confratres obtenta redintegratione, percontati etiam fuere, an, et a quo tempore, et in qua summa restituendi essent fructus? et responsum tulerunt ad D. Secretarium cum SS. pro condonatione. Firmana die 10 Decembris 1785, dub. 3.

(6. Episcopi Assisiensis edictum, quo societatibus jusserat, ut præter retentionem Libri resolutionum, quæ in Comitii capiuntur, conficiatur etiam alius codex administrationis œconomicæ, cum adnotatione facultatum ab Ordinario pro faciendis sumptibus, et investmentis datarum, sustinendum esse in omnibus S. Congreg. sancivit. Assisien., die 21 Januar. 1786, dub. 7.

(7. Ascanius Bologninus Archiconfraternitati B. M. V. de Monte Carmelo in Ecclesia S. Chrysogoni erectæ, Legatum reliquit sc. 250, cum onere celebrationis unius Missæ in singulas hebdomadas et unius Anniversarii. Hanc summam in censu domus investivit Sodalitii Camerarius; domus autem censita ad alium possessorem jam pertinere deprehensa est: hinc labore contenditur pro oneris deletione, quum nulli amplius percipiantur fructus; et affirmativum prodiit rescriptum, juxta nempe votum Protectoris, qui deletioni consenserat. Romana Delet. Oner., die 6 Maii 1786.

(8. Suppressa Societate Confalonis Vetrallæ, ejus bona unita fuerunt Sodalitio Misericordiæ ejusdem Civitatis, cum onere celebrandi sacrum feria sexta cujuslibet hebdomadæ in adimplementum Legati Bracalini. Sed quum Missa ex tenuitate reddituum fuisset frequenter ommissa, duo nunc Sodales postulant, ut legatum implere liceat per Sacrificium, quod singulis diebus festis celebrat Capellanus Sodalitii absque ulla obligatione; et ut Sacrificium ipsum, quod Legati vi agendum esset in derelicta Ecclesia S. Petri, ad suppressam olim Societatem Confalonis spectante, impleri in propria Ecclesia valeat; et utrique petitioni S. Congreg. favit. Viterben. Trans. Miss., die 19 Maii 1787.

(9. Duplex Laurentius Bacci Ciampi reliquit Legatum Societati Sacrorum Vulnerum Christi, erectæ in Ecclesia S. Philippi Neri ad Viam Juliam; primum cum onere Sacri hebdomadalis, secundum sacri menstrui; qua de causa, post diuturnam litem, duo loca Montium Compunitati anno 1657 tradita fuerunt. His extractis anno 1693, sive anno 1696. Societas, hasta posita, alienationem novissimi investmenti pro peculiari ejus debito passa est. Hinc ommissum fuit, ac ex justo aliquo titulo id factum fuisse beneficio 130 annorum, asseritur, et exemptio sacri hebdomadalis petitur; S. Congreg. precibus tamen non annuit. Romana Leg., die 19 Januar. 1788, dub. 1.

(10. Ad augendum Deiparæ cultum Marchio Ugo de Popolis redditus Sodalibus SS. Rosarii assignavit 40. Scut., ut harmonicus Litaniarum cantus singulis sabbatis, pervigiliis, Festisque eidem dicatis, haberetur, voluitque, ut hæredes in perpetuum supple-

rent. In eadem causa alii pii testatores pecuniam legarunt. Intermissæ fuerunt Litanie, ut argenteam Crucem a pignore Sodales redimerent, qui prorogationem suspensionis deinde obtinuerunt. Nuper vero preces fundunt pro absolutione quoad præteritum, et pro commutatione voluntatum quoad futurum, ut permissio Cantus Gregoriani perpetua fieret, et detracto cantorum stipendio, redditus in dotem erogarentur; S. Cong. rem non definivit, sed demandavit, ut præfigeretur a Card. Archiepiscopo terminus hæredibus Hugonis, ad deducendum jura sua in S. Congreg. Bononien. Commut. volunt., 26 April. 1788, dub. 1 et 2. Deinde commutatio fuit denegata ad dub. 1, et quoad dub. 2, mandatum fuit, ut quoad illarum voluntatum executionem provideri debeat, hæredesque Populi teneri tantum ad summam scut. 39, 15 Maii 1790.

(11. Vicarius Apostolicus Satinus, occasione Visitationis Collegiæ B. M. in Cælum Assumptæ Sulmonis in Latio, accepti et ex-

## CONGRUA.

## S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

(1. Literas Apostolicas, quibus Parochialis Ecclesia S. Donati loci de Polenda, unita jam antea mensæ Episcopali, ad statum collativum fuit ab Episcopo Bricinoriensi redacta, et Parocho nonnulla assignata prædia ad sui conservationem, ratas habuit S. C. etiamsi affirmetur oratores circumvenisse Pontificem, dum ei relatum fuerat bona prædicta ad parandam Rectori congruam, et onera explenda sufficere. Bricinorien. Congruæ, 10 Decemb. 1785, 1 dub. confirmat., 15 Sept. 1787.

(2. Congruam in pecunia assignatam Parocho S. Michaelis, et solvendam a Rectore Ecclesiæ SS. Josephi et Marci immunem declaravit S. Congregatio a præstatione ratæ commodi, quod ex motu proprio diei 19 Martii retineri potest a possessoribus fundorum rusticorum. In Hortana Congruæ, die 28 Feb. et die 15 Apr. 1807.

(3. Congruæ incrementum Parochi S. Salvatoris in Campo denegavit S. Congregatio, firma remanente solutione scutorum 99, 60, et incertorum perceptione favore ejusdem Parochi. Quoad vero expensas hujus Paroeciæ, teneri Abbatem Commendatarium Farfensem Sacra Congregatio definivit, juxta notulam liquidandam ab E. Urbis Vicario ad formam Brevis Urbani VIII. In Romana seu Nullius Farfen. Congruæ, die 19 Dec. 1807.

(4. Hæreditatem Archipresbyteri Antonini erogandam esse in beneficium Ecclesiæ S. Thomæ Apostoli Oppidi Turrinæ, non in congruam Archipresbyteri, definivit Sacra Congregatio. In Nepesina Hæreditatis, die 7 Maii 1808.

(5. Ad succurrendam tenuitatem Congruæ Parochi S. Annæ Oppidi Paleani, Sacra Con-

pensi librorum exhibitionem sub pœna suspensionis, ut reddatur ratio Synodalibus Syndicis, decrevit. De hoc prætenso injusto decreto Capitulares conqesti sunt, eo quod ex propriis Constitutionibus illos exhibere, et rationes reddere tenentur revisoribus Capitularibus, et saltem reformari petunt a S. Congreg. quæ validum juxta modum respondere putavit. Terracinen. et Selin., die 18 Junii 1796, dub. 4.

(12. Sodalitium erectum in Ecclesia S. Vitalis Parmæ sub titulo Suffragii, ubi nonnullæ Capellanæ Residentes nuncupatæ adsunt, plurimis gravatum oneribus missarum, functionum, mantentionis Ecclesiæ, ac Sacrarum, et redditus haud pares oneribus habens, propendit in Missarum reductionem ad elemosynam ob. 15. S. Congreg. eam indulgit ad taxam manualis juxta votum Episcopi. Nam Residentium continuum servitium in Ecclesia Sodalitii necessarium visum fuit. Parmen. Red. Miss., die 11 Febr. 1797, dub. 1.

gregatio juxta votum E. Episcopi suspendit tres ex quinque missis hebdomadalibus, quas Parochus ratione Beneficiorum unitorum celebrare debebat. Prænestina Congruæ, die 18 Martii 1809.

(6. Dum S. Congregatio stetit in primo et secundo loco decisio, tertio confirmavit assignationem decimarum factam congruæ loco favore dismembratæ et noviter erectæ Ecclesiæ S. Mariæ Magdalænæ Collium. In Reatina dismembrationis, 2 Jun. 1821, ad 1 dub.

(7. Tenuitati vero congruæ Ecclesiæ Matricis, et Collegiæ Alabri antequam provideret, S. Cong. scribendum esse duxit Episcopo, qui, transmissa fundatione ejusdem Collegiæ, referret de qualitate servitii choralis, statu activo et passivo Paroeciæ, et Ecclesiæ Collegiæ per decennium, comprehensis incertis, et distributionibus, necnon beneficii ab Archipresbytero Matricis possessi, et quatenus opus esset proponeret media augendi illius redditus, salvis tamen decimis, et congrua dictæ novæ Paroeciæ assignatis. Ibid. ad 2, dub.

(8. Ut tenuitati Congruæ Plebani S. Petri Æsinæ Diocesis provideretur, Sacra Congregatio dixit in congruæ augmento computari quidquid superesset ex redditibus Legatorum Missarum ultra elemosynam manualem; ideoque reductionem denegavit Legatorum Pesciotti aliorumque: concessit vero hanc reductionem ad manualementem quoad Legata Mucci, Baldassini, Agostinelli, ac voluit ut E. Episcopus curaret fieri inscriptionem super fundis gravatis, et descriptionem in Tabella. In Æsina reductionis et absolutionis, die 20 Mart. 1824, ad 1, 2, 3, dub.

(9. Attenta dicti Plebani Congruæ tenuitate, Sac. Congregatio, celebratis tribus Mis-

sis pro omnibus omissionibus, quoad Missas in præteritum non adimpletas, consulendum: SS. pro absolutione censuit. In eadem ad 5 dub.

(10. Ad D. Secretarium cum SS. juxta mentem rescripsit S. Congregatio, quoad augmentum congruæ Æmygdio Pauri Plebano Castri Ferretti Anconitanæ Diocesis apoplexia correpto. In Anconitana Congruæ, die 9 Jul. 1825.

## S. CONGREGATIONIS EPISCOPORUM ET REGULARIUM DECRETA.

(1. Translato ad Ecclesiam Cæsenatensem R. P. D. Castracane, Episcopo Cerviensi, successit eidem in episcopatu anno 1838, die 11 Februarii R. P. D. Balletti.

Cum vero Mensæ Cerviensis redditus in bonis rusticis omni fere ex parte consistere, memoratus Balletti pro sua suæque familiæ sustentatione nihil ex episcopali præbenda percipere poterat usque ad futurum mensem Julii, quo agrorum segetes recollerentur.

Ratus itaque in hujusmodi casu ex sacrorum canonum præscripto ac generali consuetudine sese pro sua congrua jus habere ad fructus, quos Antecessor percepisset anno 1837, pro rata temporis, quod ad mensem Julii residuum erat, supplex instiluit penes Sacram Congregationem Episcoporum et Regularium, ut auctoritate sua ad hujusmodi congruam præstandam Episcopum Antecessorem adigeret, et insimul summam ab eodem debitam liquido determinaret.

Congruam siquidem ab Antecessore deberi successoribus, quando beneficii redditus ab illo percepti sunt, et successor non habet, unde vivat, donec novorum reddituum collectio accidat, probare satagebat ex auctoritate Sacræ Rotæ Romanæ Decis. 342, Rec. n. 1, p. 14, Card. de Luca De Benefic. Disc. 83,

## CONSCIENTIA.

## S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

(1. Presbyteros simplices Civitatis Interamnenensis adigendos esse ad assistentiam Pontificalibus proprii Episcopi, necnon ad collationes Casuum moralium, et Sacrorum Rituum ad formam Concilii Romani Tit. 15, cap. 9, edixit S. Congreg. In Interamnen. Decret. 20 Nov. 1802.

## CONSUEUDO.

## S. CONGREGATIONIS RITUUM DECRETA.

(1. Primum est, quod in Ecclesia Oseen. Epistola decantatur in pulpito juxta Chorum, ubi Episcopus residet, non autem in Presbyterio.

2. Item Evangelium decantatur ibidem.

3. In Missa solemnibus dantur a Sacerdote tres benedictiones.

4. In Processionibus tam intra, quam extra Ecclesiam, et in absolutionibus mortuorum, etiam loco parato, Sacerdos, Diaconus,

n. 5, Panimolle. decis. 20, annot. 1, n. 42.

Hac autem in re habendam esse rationem temporis, quod residuum est post obtentum a successore beneficium ostendebat ex iis, quæ docet præsertim Covarruvias L. 1, c. 15, n. 12, in fin. Quam doctrinam confirmatam fuisse aiebat tum ex Sacra Congregatione Concilii in Signina Constituti. 24 Jan. 1828, tum nuperrime ex ipsa Sacra Congregatione Episcoporum et Regularium in Spoletana Repartitionis fructuum, in comitiis generalibus diei 7 Junii 1839.

(2. At vero R. P. D. Castracane Antecessor in Episcopatu Cerviensi opponebat, ab Episcopo jus irrevocabile acquiri in fructibus, quos a solo separaverit tempore, quo ad alium Episcopatum translatus fuit, Ferraris V, Episcopus Art. 3, n. 63, exemplo usufructuarii. Quia imo consuetudinem, quam in sui utilitatem adversarius objiciebat, reapse nec adesse nec observari demonstrabat ex testimonio Card. De Luca Disc. 83, de Benefic. n. 5, et seq.

Itaque proposita causa, juris ordine servato, in partium contradictione die 20 Dec. 1838, cum dubii formula: « Se ed in qual modo Mons. Castracane debba somministrare a Mons. Balletti la suddetta Congrua? » Eminentissimi Patres rescripserunt: *Affirmative pro summa liquidanda*: ut patet ex Cervien. Congrua diei prædicti.

At vero, cum pars, quæ causa ceciderat, facultatem obtinisset, ut iterum audiretur, causa rursus proposita fuit die 14 Martii 1841, cum dubii formula, quæ sequitur: « Se debba confermarsi, o riformarsi il Rescritto del giorno 20 Dicembre 1838. » E. Patres rescripserunt *Dilata*. Cum vero postea quædam inter partes concordia, seu transactio esset proposita, E. Patres sua approbatione confirmaverunt: et concordia plenum habuit effectum.

(2. Presbyteros simplices Civitatis Interamnenensis adigendos esse ad assistentiam Pontificalibus proprii Episcopi, necnon ad interessendum collationibus casuum moralium, et S. Rituum ad formam Concilii Romani Tit. 15, cap. 9, definivit S. Congregatio confirmans resolutionem præcedentis anni. In Interamnen. Decretorum die 26 Martii 1803.

nus, et Subdiaconus, ut æqualiter incedant, portant pannum sericum in forma Gremialis.

5. Subdiaconus autem, qui Celebranti assistit non defert, neque tenet Crucem, sed Cruciferarius deputatus specialiter indutus Superpelliceo sine Pluviali.

6. Diaconus, et Subdiaconus sedent ad *Kyrie eleyson*, *Gloria*, et *Credo* in Missis Conventualibus et Anniversariis, etiam dum dicitur Graduale, et Epistola.

7. Hora sexta dicitur ante Missam, et si